

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Senectus x  
cum fonte primo

Amplectenda est et amanda senectus;  
plena est uoluptatis, si illa scias uti.  
Gratissima sunt poma cum fugiunt.

Deditus uino pocio extrema delectat

quod in se  
iocundissimum hominis uoluntas habet,  
in finem suum differt.

Seneca epistola XII.

Conplectamur illam et amemus:  
plena <est> voluptatis, si illa scias uti.  
Gratissima sunt poma cum fugiunt;  
pueritiae maximus in exitu decor est;  
deditos uino potio extrema delectat,  
illa quae mergit, quae ebrietati summam  
manum inponit;  
quod in se  
iocundissimum omnis voluptas habet  
in finem sui differt.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 12, 4-5 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.27, ll.2-7).